

eos castellanos civitati Terdone auferre nec per se nec per alium. Maiores exactiones non exigit a civibus Terdone et ab oppidanis, quam^a ipse exigit a Papiensibus et eorum castellanis secundum quantitatem personarum et eris, et hoc bona fide et^b sine fraude.

2. Privilegia et donationes, que quasve fecit de civitate Terdone vel de castris et villis et possessionibus ipsius episcopatus, presertim de Serravalle et de aliis, sine fraude bona fide revocat et cassat et cassata non confirmabit. Possessiones ecclesie Terdone, quas nunc habet et tenet, sive per se sive per alium non habet auferre; et faciet marchionem de Monteferrato quiescere de oppido Statiani, ne episcopus de cetero inquietetur a marchione occasione date pecunie.

3. Et habet iubere Papiensibus, ut de cetero teneant pacem Terdonensibus et ut iurent se cum eis et adiuvent eos de omnibus guerris eorum suis sumptibus et faciant^c vivam guerram inimicis Terdone. Et precipiet Papiensibus, quod remittent omnes subscriptos^d castellanos Terdonensibus, quos nostra remittimus et confirmamus auctoritate. Castellanos^e eos intelligimus, qui in montanis et planis habitant, presertim illos de Copara, de Azano, de Castro Novo, de Bagnolo, de Pontecurono, de Puzolo, de Monte Morisino, de Vipegolo^f, de Bagnara^g, de Monte Legali, —^h, de Belegnano, de Favregaⁱ, de Grimiasco, de Monte Acuto, de Dernice, de Monte Ebore, de Merlaxino, de Boligo, de Bruxamoneca, de Liprando, de Monte^k Iardino, de Monte Iaro^l, de Savignono, de Grondona, de Perzio, de Pobledo, de Monte Alto, de Arquada^m, de Monte Cuco, de Precipianoⁿ, de Serravalle, de Cassiano, de Staciano, de Brion, de Nova, de Bosco, de Villa, de Olasca^o, de Sarzano.

4. Et facit finem de omnibus maleficiis, que Terdon[enses]^p domino imperatori vel suis militibus vel peditibus fecerunt^q; et malum meritum non reddet Terdonensibus. Marcas, quas olim dabant Terdonenses,

a) quomodo 2. 3. sed quomodo 4. b) et fehlt in 1. c) facient 1. 2. 3. d) suprascriptos 2. 3. 4. e) Castellanos vero 3. 4. f) Vipeculo in B. g) Richtiger ist wohl die noch heute gebräuchliche Schreibweise Bagnaria, die in B 1 und im Eid der Pavesen überliefert ist. h) Lücke eines Wortes in 1. i) Faurega 1. 2. 4. Fauregia 3.; Favrega ist wohl Dialektform für Fabrica, wie der Ort in B, im Paveser Eid und noch heute (Fabbrica) heißt. k) Mote 1. l) Monte Faro 3, während in B an anderer Stelle ein Mons Larius oder Mons Larcus genannt wird. m) In B Archada, heute Arquata. n) Percipiano 1 wie in B; aber Precipiano 2. 3. 4, und so heißt der Ort auch heute. o) Agulasca in B (heute Avolasca). p) Terdona 1. 2. 4. Derthona 3 wie dort stets für Terdona. q) facere 2. facere fecit 3.